

Epistole

Rogo igitur magister optime. quod ipsum dulcius formes / et mollis
alas. neque eundem virgis / sed minus corrigas. nec ut cuique va
pulare permittas. **M**itis ipse ingenij est / dulcisque nature.
Desperat enim (ut inquit Quintilianus) plerumque pueri / et do
lent. et nouissime oderunt. et quod maxime nocet dum omnia timeant.
nihil conantur. Nam ut frondibus teneris rustici falcem non ad
hibent. eo quod reformidare ferrum viderent. et nondum cicatricem
pati posse. Ita teneros annos non tamen virga terreri. quod iocunditate
demulceri oportet. **V**idemus enim sepius inter manus ceso
rum lapides frangi. dum quadrantur. si fortasse nimio impetu quod
datos incusserit. **C**ale sub leto sidere. ut tuus honor / tua
virtus / tua merita poscunt.

Responsio ad epistolam prescriptam.

Salutem si quod salute gratius poterit cogitari. **P**eus quod vel
le (optime vir) tuum filium alienis oculis aspiceres. quod eundem
dulcis nature mitis ingenij descripsisti. quod aliorum iudicio.
cum sit alijs multis vicij in quantum natus / tamen in obedientia est omnium
primus. quem (ut tua pace dixerim) a vicij satietas quicquid re
trahit. nunquam voluntas. sed precepta magistrorum vel contumacia te
meritate continent. vel ubi incipit ibi deficit. **S**cis enim quod ig
nis male accensus cito extinguuntur. et equus mane deficiens par
ua diem perficit. **S**i enim durus magister sum. durus et ipse discipu
lus est. **D**ura duris efficaciter leniuntur. **S**ex medicis molli
ris difformior est cicatrix. grauioribus morbis grauiora reme
dia adhibentur. medicus sepe ledendo sanitatem profert. non sine mur
mure patientis / quod amara quicquid pocula ministrat. quod non sine
frontis rugositate sorbetur. **O**bscuritas in auro erit. nisi ad
diderit flama fulgorem. **S**i enim pater es. non quod mulceat. sed quod
possint cogitabis. ne quod sibi plurimum mollior esse conaris / du
rior saxis fias. quod laudem pro meritis tuam senectam perditis mori
bus inquetet. si virge cessarint. morum malicia (quod nunc latet) in lu
cem erumpet. crescetque sibi viciorum incendia / quod flamas non facile
extingueris si paululum precesserint. quod factum oportet sit tecum metip
so cogita. ne tue prudentie ipse oblitus videaris. dum colloqui
dabit tibi multa reuelabo quod non ausim papiro / nuncio / aut
commendare calamo. **C**ale sit tibi leta / sitque honesta / et sera
senectus dum hec scribo manus volat otio austro.